

1532. ię 6. maj

483

Petrus Tomicki Episcopus
Craoviensis.


Stanislaw Rzeczyca Penitentia:
rio Romano.

Felicem Naropinski cum sit homo
temerarius, litigiosus, ac violentus, et
qui multa negotia, Capitulis Ecclesia:
rum, quorum membrum est facessere
solet non libenter haberemus in Ecclē:
sia nostra obstare tamen illius ambitio:
ni palam nobis non licet, ^{optet?} præter reginam
quam ille suis largitionibus eo perdu:
xit, ut promissa domino Joanni Łba:
ski nominatione morte Hieronimi Okun:
catinita, que petitur revalidari sibi
gratiam nominationis, que fuit ante
aliquot annos in personam ejusdem
Domini Łbaski Vestra opera et nostra
intercessione translata, cum revalidare:
tur, dare et impetrare promiserit. Id
quod nobis summè displicet, et mul:
tum est molestum, si enim nominatio:
nis dudum extinta toties revalidaban:
tur, nunquam nos habere et videre
poterimus affectum gratiarum et re:
servationum, nobis et nostris gratis
servitoribus a Sede apostolica concessa:
rum.

Accedit quod nobis valde indignum
videtur. Et gratia summorum Ponti:
ficum

115
Ficium
D

Sic enim dudum defunctorum, longo tem-
pore antiquata resuscitari, et revalida-
ri Deberent, in prejudicium et Damnum
Novarum gratiarum, a moderno Summo
Pontifice gratiose concessarum, que nun-
quam effectum suum sortiri hoc modo
possent. Quare vos plurimum rogamus,
agatis Diligenter cautè tamen et se-
cretè, ut hæc nominatio, quam habere
debet Felix Naropinski nullo modo reva-
lidetur, cum sit dudum antiquata, et
iam aliæ novæ gratiæ subsequita et
concessæ sunt, quibus prejudicare non li-
cet, neque est cum dignitate Sedis apo-
stolicæ, satius erit, quod nunc revalide-
tur, nominatio et gratia, quæ fuit da-
ta Domino Okun, quam habiturus
est Dominus Izbaski. Alia vero uti anti-
qua obliterata, et pluries iam revali-
data, sit cassa, irrita, et abolita Domi-
no Penitentiario, nos confidenter hæc
ad vos scribimus, iterumque vos mo-
nemus, et rogamus cautè et secretè
impediatis revalidationem illius anti-
quæ nominationis, quam concedi sibi
procuravit Felix Naropinski, ut
nemo intelligat, quod hoc impedi-
mentum ex nobis procederet, forte
autem opus erit communicare hanc
rem Reverendissimo Domino Cardinali

Bistorien


205

Pistoriensi, ut ille justis rationibus
illam apud regiam et reginalem maje:
statem excuset, id tamen nos industria,
et prudentia vestra committimus, ut
ita hoc negotium instruat, et agatis
prout vobis melius et honestius videbi:
tur, utque nemo id presentiat, et nihil
fiat cum indignitate nostra. Datum
Cracoviae die sexta mensis maji anno
Domini Millesimo Quingentesimo trige:
simo secundo. ~

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]

[Faint signature or name at the bottom right of the page.]